UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

Vita S. Martyriani

urn:nbn:de:hbz:466:1-72556

Visual Library

A sas (1) autem abstulerunt. Qui cum reprehenderentur, ignorantiam suam excusabant : erant enim mendaces et mente pagani. *Itaque saeculo XI, coenobium dictum Beth-Sahde exstabat in finibus Melitinae, ubi nostrum Marin de Beth-Sahde ultimo consedisse legimus. Certius profecto indicium exspectandum non est ut prudenter coniciatur S. Martyrianum huius coenobii patronum fuisse. In hoc igitur eius Vita conscripta fuit, ne dicamus ipsum eius nomen et personam e monasterii vocabulo esse conficta. Neque sane domestica exempla deerant hagiographo syro illius regionis, in qua excogitatae sunt historiae Barsaumae* (2), *Aaronis Sarugensis* (3), *Abraham ab Alto Monte* (4), *Symeonis e Kaphar 'Abdin* (5), *aliae* (6). *In his omnibus fabulis, ut in Vita Martyriani, alibi aliter se prodit eadem cupiditas prope puerilis qua monasteria horum finium certatim sibi captare voluerunt gloriam S. Symeonis Stylitae* (7).

AUCTORE P. P.

Cultus vestigia.

7. *Marin de Beth-Sahde annuntiat Sliba* (8) *ad diem 1 mensis tesrin prioris* (*octobris*) *et iterum ad diem 10 tesrin posterioris* (*novembris*), *quem ex Passione constat habitum fuisse ut diem illius emortualem et in quo eius sollemnitas agebatur* (*§§ 2, 66*). *Attamen diem 1 octobris solum indicant alia calendaria Iacobitica* (9). *De mentione S. Martyrii, quae in exemplum quoddam synaxarii graeci ad diem 9 novembris, forsitan e Syrorum libris irrepserit, superius obiter meminimus* (10). *Praeter vestigia rara illa quidem et obscura, nulla S. Martyriani memoria servata est, qui non videtur extra suum monasterium ullo usquam cultu celebratum esse, illoque everso, alta neque immerita oblivione demersus fuit.*

(1) *γλωσσόκομον*. — (2) Carptim edita a F. NAU, *Résumé de monographies syriaques*, in *Revue de l'Orient chrétien*, sér. 2, t. VIII (1913), B pp. 272-76, 379-89 ; t. IX (1914), pp. 113-34, 278-89. — (3) Auct. Paulo eius discipulo, ed. F. NAU, *Patrologia orientalis*, t. V (1909), p. 703-749. — (4) Vitae epitome, ed. NAU, ibid., p. 768-73 ; alia Vita plenior carptim ab eodem edita, op. c., *Revue de l'Orient chrétien*, t. IX, p . 414-19. — (5) Carptim edita a NAU, *Revue de l'Orient chrétien*, t. IX, p. 420-31 ; cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 407. — (6) In his fortasse computanda Vita S. Asiae medici, cuius modo meminimus, p. 434, annot. 16. — (7) Vide, exempli gratia, Vitam Aaronis Sarugensis, § 33, NAU, *Patrologia orientalis*, t. c., p.732. In codice Musei Britannici Add. 12 174, qui an. D. 1197 exaratus est, idem ex quo nobis nota est Vita Barṣaumae, S. Symeon stylita appellatur Barṣaumae E patruelis et collega sive conservus ܕܒܪ ܫܡܥܘܢ ܥܡܘܕܐ. W. WRIGHT, *Catalogue*, p. 1124 ; cf. NAU, *Revue de l'Orient chrétien*, t. IX, p. 289. Vide etiam *Vitam Barṣaumae*, Miraculum XXV, ibid., t. VIII, p. 382. — (8) *Anal. Boll.*, t. XXVII, pp. 139, 141, 163, 167. — (9) F. NAU, *Un martyrologe et douze ménologes syriaques*, in *Patrologia orientalis*, t. X, 1 [1912], pp. 63, 93, 102, 107, 113. — (10) Num. 4, p. 434.

VITA S. MARTYRIANI

E codice bibliothecae Bodleianae Marsh. 13 (= **B**), *collato codice bibliothecae Nationalis Parisiensis syr. 235* (= **P**). *Cf. Comm. praev. num. 1-2.*

C ܗܘܝܢ ܕܡܪܝܐ ܕܒܝܬ ܣܗܕܐ ܗܘܐ ܡܬܬܐ

Vita

ܘܡܢܝܢ ܕܢܦܠܘ ܒܦܓܪܐ ܘܡܢܝܢ ܕܢܦܠܘ ܒܫܢܝܐ ܘܡܢܝܢ ܕܢܦܠܘ ܒܡܝܐ ܕܩܪܝܪܐ ܘܡܢܝܢ ܕܢܦܠܘ ܒܡܝ

A ܠܬܠ ܕܬܪܝܗ ܡܪܝܐ ܗܘܐ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ : ܡܛܠ ܕܣܓܝܐ ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ : ܗܘ ܕܠܐ ܒܚܕ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ ܐܠܐ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ܣܓܝܐ ܕܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܫܗܕܐ ❖

et fide diem eius memorialem celebraturi. VITA

3. Huic nomen (fuit) domnus Martyrianus (1), quippe prae laborum agonumque eius multitudine, non unius martyris nomine appellatus est, sed nomine martyrum plurimorum, propter divinam virtutem quam gratia illi dederat. Qui in vinea illa spiritali ab aurora exorsus ad vesperam usque iustitiae ministravit ; neque per singulos dies vitae suae numquam cessavit a ieiunio, precatione, vigiliis in totas noctes productis, a statione in saxo, ut domini sui similis fieret, se ipse cum gaudio crucifigens. Qui relicto mundo et omnia quae in eo sunt, mente in caelum ascendit et mente conspexit bona illa quae praeparavit Deus timentibus se ; de regione in regionem vagatus est atque ex mundo aufugit quasi e scandalorum tendicula.

Nomen eius unde ductum.

Matth. 20, 1-8.

E

B ܕܢܬܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ : ܕܒ ܡܢ ܕܣܓܝܐ ܕܫܗܕܐ ܕܢܬܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ : ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܢܦܩ ܕܢܬܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ : ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܢܦܩ ܕܢܬܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ : ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܢܦܩ ܕܢܬܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ : ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܢܦܩ ❖

4. Erat autem ille ex honesto genere nobilique stirpe. Postquam annos quinque attigerat, die quodam cum pastore mercennario qui illis erat, exivit ut oves pasceret. Pater eius ad eum requirendum exivit. Ille autem reverti noluit ; et prae amore quo eum prosequebantur eius parentes, sibi sumere non potuerunt ut ei vim afferrent (2). Itaque per singulos dies huic gregi adhaerescebat ; neque ab eo seiungi se patiebatur. Deus autem, qui modis omnibus homines ad regnum caelorum attrahit, timorem suum in eius pectus iniecit. Cum igitur panem acciperet qui a parentibus eius ei apponebatur, pauperibus hunc dare solebat. Ieiunare, orare, flere consueverat ; et si quando ei conspiceretur sacerdos aut monachus aut homo Deum timens, desertis ovibus, ad eum currebat eique dicebat : « Doce me quod mihi expediat. »

Sancti ortus et pueritia.

F

C ܕܢܬܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ : ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܢܦܩ ܕܢܬܠ ܠܗ ܫܡܐ ܕܫܗܕܐ : ܡܢ ܥܠܡܐ ❖

5. Ut autem ad annorum duodecim aetatem pervenit, bonumque a malo discernere novit, abiens ad coenobium ascendit (3), in quo educatus est. Libros (sacros) didicit ; praeclare oboe-

Duodennis coenobium ingressus

3. — [1] ܫܡܗ.

4. — [1] ܡܫܬܡܥ. — [2] ܕܢܦ. — [3] ܕܢ.

(1) Vide Comm. praev. num. 4, supra, p. 433-34. — (2) Cf. *Vitam Aaronis Sarugensis*, § 2, *Patrologia orientalis*, t. c., p. 703-704. Etiam S. Symeon stylita senior pastor fuit ovium ; cf. Vitam eius a Theodoreto, § 2 ; LIETZMANN, op. c., p. 1-2 ; Vitam syriacam, § 2, BEDJAN, t. c., p. 508. — (3) Insciis parentibus, ut patet ex § 6 ; cf. *Vitam Aaronis Sarugensis*, § 5-6, *Patrologia orientalis*, t. c., p. 705-706.

Vita

ܡܬܚܝܠܐ ܒܬܪܝܨܘܬܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܫܠܡ ܕܥܒܕ ܠܗ ܫܠܡ ܕܥܒܕ ܠܗ ܫܠܡ

A ܐܝܟܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܡܕܡܐ ܕܢܬܒܥ ܠܗ ܡܠܬܐ ܕܡܪܝܐ ܕܐܢܬ ܗܘܝܬ ܠܗ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܝ ܕܢܫܒܩ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܥܩܬܐ ܕܒܪ ܐܡܬܝ ܕܢܬܒ

Vita

illacrimans ab istis atque a monachis veniam rogavit peccatorum quae minime fecerat. Illi monachos interrogarunt : « Cuius modi vobis eius oboedientia visa est in hoc monasterio ? » Respondit coenobiarcha cum reliquis monachis, et dixerunt : « Plane admirabilis aspectuque decora. » Facies eius quasi sol splendebat ; verum statura illi erat hominis mediocris (1). Postquam autem illius sancti exsequiae peractae sunt, rursus iste coepit eos obsecrare sicut prius ad eorum pedes provolutus. Defluebant eius lacrimae tamquam rivus aquarum. Obstupuere omnes ingenti admiratione propter Dei reverentiam quae huic inerat, et propter eius animi demissionem. Proinde votum eius perfecerunt eumque in illam columnam extulerunt (2). Rogavit eos ut sibi benedicerent. Itaque eum cruce signarunt et votum eius exsecuti perfecerunt.

ut in columnam evehatur.

9. Exinde (suos) labores exorsus est, molestias in se suscipiens, quibus ferendis humanum corpus impar esset. Legem enim sibi iniunxit ut in ista columna non sederet (3) sed noctu et interdiu coram Deo consisteret. Funem sibi fecit, et si quando quiescere vellet, apprehenso manibus hoc fune, a standi cruciatu requiescebat : erat enim hic (funis) (4) columnae tecto alligatus. Hunc morem diu tenuit. Dein animo secum cogitans dixit : « Inest corpori vis alia periclitandi. » Sustulit se atque huic funi se suspendit, et per totum diem suspensus mansit (5) ita ut vix in eo relicta esset animula. Et in terram corruens per totum diem remanebat velut mortuus (6). Deinde consurgebat atque linquebatur dolens atque tabescens ; mens tamen ei divinitus servabatur : Deus quippe a timentibus se manum suam retrahere non solet. Ille autem quod a Deo sibi suppeditabatur, totum pauperibus dabat, neque apud eum id pernoctabat. Deut. 24, 12.

Fune se suspendit.

10. Deinde aliud sibi molestiae genus excogitavit : in aestate stolam sibi induebat e crini-

Vestitus eius asperitas

[3] *add. infra lin.* — [4] add. P. *scriptum ex* ܐܝ.

9. — [1] P. — [2] add. P. — [3] *re-*

10. — [1] .

(1) Cf. *Vita S. Symeonis* iunioris, § 12, Delehaye, op. c., p. 239. — (2) *quasi mortuum deducerent* add. P. — (3) *ut humi non sederet* P. — (4) *funis* add. P. — (5) Aliquid eius modi narratur de Tito discipulo S. Danielis stylitae, § 62, Delehaye, op. c., p. 62. — (6) Reliqua paucis contrahit P.

A ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܒܟܠ ܥܕܢܐ ܕܫܢܬܐ ܗܘ ܠܒܫܗ ܕܦܪܙܠܐ ܕܢܦܩ ܠܗ ܡܢ ܩܪܝܢ ܘܡܢ ܩܪܝܪܘܬܐ ܕܩܪܝܪ ܠܦܓܪܗ ܕܢܬܚܘܪ ܠܗ ܡܢ ܩܪܝܪ

Vita

ܘܠܐܝܗܘܕܝܐ ܡܬܦܫܛܐ ܗܘܐ ܒܟܠ ܐܬܪܐ ܘܫܡܗ ܢܦܩ ܠܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܘܦܓܪܐ ܘܐܬܐ ܓܒܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܒܪ ܦܬܐ ܕܒܝܬ ܫܗܕܐ ܘܗܘܐ ܡܣܟܢ ܘܫܪܐ ܠܗ ܒܗܠܝܢ ܡܠܝܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܠܝ ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܐܢܐ ܒܥܐ ܕܢܫܬܒܚ ܠܝ ܗܠܝܢ ܡܠܝܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܠܝ ܘܡܨܠܝ ܠܝ ܕܢܫܬܒܚ ܠܝ ܗܠܝܢ ܡܠܝܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܠܝ ܘܡܨܠܝ ܠܝ ܕܢܫܬܒܚ ❖

12. Porro notitia eius per omnem regionem diffundi coepta est, permanavitque eius fama ad omnes urbes et pagos. Advenit autem ad eum homo quidam, cui nomen erat Barḥadbešabbā (1). Erat hic leprosus. Et coepit eum rogare his verbis : « Te, domine, precor ego, his lepris affectus, quae valde me cruciant, ut Deum pro me supplices adeoque hae per te curentur. » Cui dixit ille : « Esne christianus ? » Dixit ille : « Non sum. » Dixit ei domnus Martyrianus : « Quid ergo ? » Dixit : « Iudaeus sum. » Dixit ei sanctus : « Credisne ab eo quem crucifixistis et per eius passionem sanari (posse) lepras tuas ? » Dixit ei iudaeus : « Profecto, domne Martyriane, credo. » Dixit illi : « I, coenobium istud ingredere, et dic coenobiarchae : « Homo ille peccator, qui stat illic in lapide, me misit ad te, » ut me baptizares fieremque christianus : iudaeus enim sum. » Postquam autem te baptizaverit, ad me revertere. » Fecit ille quae iussus erat, baptizatus est et ad sanctum revertit. Dixit ei domnus Martyrianus : « Credisne filio Dei ? » Dixit ille : « Credo, et eius nativitatem passionemque confiteor, et fidem iis adhibeo. » Sanctus columnam ingressus est flexisque genibus coepit lacrimas coram Deo fundere, sic aiens : « Domine Iesu Christe, suscipe hanc ovem, quae aberraverat et rediit ; atque gratia tua munda eam a leprarum molestia. » Oleum afferri iussit, benedidxit illique dedit sic ei dicens : « Unge hoc (oleo) totum corpus tuum. » Qui unxit se et extemplo leprae eius mundatae sunt ; convaluit corpus eius et anima eius illuminata est. Et gaudio percitus abiit, Deum laudans atque confitens.

Iudaei leprosi

animum corpusque sanat.

ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܐܢܐ ܒܥܐ ܕܢܫܬܒܚ ❖ ܗܠܝܢ ܡܠܝܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܠܝ ܘܡܨܠܝ ❖ ܗܠܝܢ ܡܠܝܢ ❖

13. Fuit etiam in urbe quadam, a statione huius sancti admodum dissita, itinere circiter duodecim dierum, puella quaedam ditissima ; quae media nocte expergiscens ululare coepit : « Vae mihi tua causa, domne Martyriane. Tela ignea a te immissa, ora mihi verberant. » Puellae parentes, eius clamore a somno excitati, eam interrogaverunt his verbis : « Quid est causae cur ita clamites ? » Illa autem maiores etiam clamores attollere, his verbis : « Ignis a domno

Puellam daemoniacam

13. — [1] ܡܢ. — [2] ܐܝ.

(1) I. e. *Dominicus*. Adverte hoc nomine christiano (quod in P omittitur) appellari iudaeum. Magnam partem narrationis omittit P. — (2) Hic incipit lacuna in P.

A ܗܘܝܬܗ ܕܝܢ ܒܝܬ ܡܢܗܪܐ ܕܝܠܗ ܒܝܬ ܩܘܢܝܐ
ܕܐܝܬܝܗ : ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܐܝܢܘܢ ܐܢܬ ܡܢ ܩܪܝܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܢܝܡܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܬܪܬܥܣܪ ܝܘܡܝܢ
: ܡܫܬܡܥ ܗܘܐ ܠܗ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܗܘܐ ܩܠܗ ܕܡܪܝܡ
: ܗܘܐ ܒܪܗ ܕܐܢܝܢ ܐܢܝܢ ܕܠܐ ܨܒܝܢ ܕܢܬܦܪܫܘܢ
: ܡܢ ܐܪܥܐ ܗܝܢܐ ܕܐܬܝܢ ܠܩܪܝܬ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܢܝܡܐ
ܕܡܬܩܪܐ ܩܕܝܫ ܪܘܡܢܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܬܚܘܬ ܥܡܘܕܐ
ܕܠܗ ܐܡܪ ܠܗ ܕܐܬܝܢ ܠܗ ܕܐܝܬ ܠܗ ܬܪܝܨ ܕܢܬܩܢ
ܡܕܡ ܕܢܬܩܢ ܠܗ ܕܐܝܬ ܠܗ ܬܪܝܨ ܕܢܬܩܢ ܡܕܡ

Vita. [6]ܡܫܬܐ : ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܕܐܬܐ ܠܒܝܬ ܐܢܫܐ ܕܐܬܐ ܠܡܫܬܐ ܕܐܬܐ ܠܡܫܬܐ ܕܐܬܐ ܠܡܫܬ

A ܐܝܟܐ : ܡܢܐ ܡܠܐܟܝ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܬ ܠܗ
ܒܥܝܢ : ܡܠܐܟ ܠܗܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܡܢܗ
ܕܢܬܐ ܟܠܗ ܡܬܟܢܝܢ ܐܝܬܝܗ ܠܗ ܡܢ
ܡܠܟܘܬܐ ܡܢܐ ܡܬܩܒܠ ܒܪܟܬܐ ܠܡܢ
ܕܐܝ. ܡܢܬܐ ܡܢܗ ܡܬܦܪܫ: ܡܢܐ ܐܝܟ
ܕܢܬ ܠܒܝܬ ܡܠܟܘܬܟ ܠܡܐܙܠ ܠܟ
ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟ ܡܫܝܚܐ ܕܢܬ ܠܟ ܡܢ
ܡܢ

Vita

ܐܝܟ ܐܢܬ ܡܫܬܚܪܪ ܡܢ ܥܝܢܝ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܢܚܙܘܢ ܠܝ ܗܘܐ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܡܫܝܚܐ ܕܢܬܪ ܠܟ ܡܪܝ ܒܪ ܐܢܫ ܕܠܐ ܢܬܝ ܠܘܬ ܐܢܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܗܘ

Vita

A ܒܝܘܡܐ ܕܥܣܪܝܢ ܕܬܫܪܝ ܒܗ ܐܬܐ ܠܓܒܪܐ ܕܫܪܐ ܒܗ ܪܘܚܐ ܕܡܠܐܟܐ ܒܝܫܐ ܘܡܫܬܠܚ ܒܗ ܠܒܝܬ ܡܫܟܒܗ ܘܩܐܡ ܠܗ ܠܡܫܪܝ ܘܡܬܥܢܝ ܠܗ ܘܩܪܝܢ ܠܗ ܕܐܡܪܝܢ ܠܗ ܡܪܝ ܡܪܛܘܪܝܐ ܐܬܐ ܠܐܠܗܟ ܕܢܫܪܐ ܢܦܫܢ ܒܥܝܢ ܠܝ ܗܢܘ ܕܒܝܫ ܠܢ ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܢܐ ܐܢܬ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܡܫܬܠܚ ܐܢܢ ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܐܢܬ ܘܡܢ ܒܝܬ ܡܢܘܢ ܕܚܛܝܐ ܕܐܢܫ ܐܢܬ ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ

Vita

ܒܥܝܢܐ ܕܥܡܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܪܝܐ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܚܙܝܢ ܠܢ ܡܢ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܕܢܦܩܘܢ ܡܢ ܡܪܝܐ ܕܢܫܬܘܢ ܗܘ ܕܠܐ ܢܚܙܘ

A ܘܟܠܗ ܗܘܐ ܡܢܗܪܐ ܕܫܡܝܐ ܕܢܣܩ ܥܠ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܣܩ ܠܗ ܠܘܬ ܡܪܝܐ ܕ

Vita

deamur » Proinde convenerunt ad certandum omnes asseclae diaboli et ad sanctum adiverunt foedissima quaeque spectra illi vicissim obicientes. Et adduxerunt collegeruntque reptilia impura cum serpentibus, viperis, scorpionibus, gryllis, ranis et omni reptilium spurcitie ; quae proicientes suffocarunt in aqua quae illi praesto erat et in omni re qua utebatur ; adeo ut ipsius columnae mansiuncula et cella quae subter illam erat putredine inficerentur (1). Angebatur autem domnus Martyrianus huius putredinis fetore. Itaque domnum Romanum discipulum suum compellans ei dixit : « Vides ut Satanae impugnatione tentemur ? » Et precatus est dicens : « Domine Deus, qui verbo tuo aquam in vinum commutasti in Cana Galileae ; et in diebus prophetae tui aquam mitigasti ; hunc etiam locum et quidquid in eo putridum est propitius renova. » Perstitit in oratione tribus diebus et tribus noctibus. Et exaudiente illum Deo, locus et quidquid in eo erat, ab huius spurcitiei putredine mundatus est, quasi nihil in illo corruptionis accidisset. Et Deo grates laudesque egit dicens : « Praedicate Dominum praeconio novo, quia prodigium nobis operatus est. » Rursus manus suas ad caelum expandens precatus est his verbis : «Deus fortis, eo modo quem novit benignitas tua auxiliare nobis. Tu provide servo tuo. » Et cum orationem protraxisset, ad dexteram conversus, angelum astantem (2) vidit ; qui eum compellans dixit : « Domne Martyriane, fortis esto et animi tibi addantur a Domino, qui me misit ad te. » Et dixit ei : « Minime te terreant diaboli tendiculae. » At sanctus fallax hoc visum ratus, se ipsum cruce signavit, et iterum conversus, eadem sibi videre visus est eademque ipsa verba audivit. Et respondens dixit : « Prope est Dominus invocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet ; et deprecationem eorum exaudiet et salvos faciet eos. »

D

corruptae aquae

sancti precibus

Ioh. 2, 8-10 ; Ex. 15, 25.

eliquantur.

Psalm. 32, 3.

Psalm. 144, 18-19.

28. Iterum beato visus est alius quidam homo, magnifice amictus aspectuque splendidus, qui

Invitus

27. — [1] ܡܪܝܐ. — [2] ܡܢ. — [3] ܟܠܗ B ; *cm.* P, *qui sic pergit :* ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܪܝܡ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܪܝܡ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܪܝܡ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܪܝܡ ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܪܝܡ. — [4] ܐܝܬܝܗ. — [5] ܡܠܐ. — [6] ܡܢܝ.

(1) P sic narrationem absolvit : *et in omnes partes prospexerunt, neque potuerunt aquam cernere. Itaque angebatur animus eorum. Sanctus autem cum eorum angustiam videret, in oratione constitit, genua flexit, terram calce feriit et continuo exsiliit aqua. Et cum accessissent discipuli eius biberunt atque Deum laudarunt.* Reliqua omittit P usque ad § 33. — (2) In *Vita S. Symeonis*, l. c. : *fontem* (aut *cisternam*) *aquarum* ; cf. P, supra, annot. 1.

A ܐܡܪܘܢ ܠܗ ܐܢܬ ܕܨܒܐ ܠܡܐܬܐ ܠܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܘܠܡܢܝܢ ܕܐܬܠܡܕܘܢ ܠܗ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܡܨܒܐ ܠܡܐܬܐ ܠܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ❖

eum compellans dixit : « Si vis, apud te congregabuntur monachi, quos instituas. » Respondit ille et dixit : « Satis est mihi discipulus iste ad interiora et exteriora. » Ab illo autem die, ad eum undique convenire coeperunt. Hos doctrinas (varias) docebat quibus ad Deum admoverentur, et in Scripturis eos erudiebat.

VITA.

multis discipulis augetur.

ܗܘܐ ܡܢ ܫܢܬ ܬܫܥܝܢ ܕܐܬܠܡܕ ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܡܬܚܒܠ ܘܡܬܥܢܐ ܗܘܐ ܠܫܢܗ ܕܐܠܗܐ ܡܫܒܚ ܗܘܐ ܠܬܫܒܘܬܗ ܕܠܐ ܡܬܒܛܠ ܗܘܐ ܠܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܘܡܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܘܡܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܘܡܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܘܡܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܘܡܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܘܡܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܘܡܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ܗܘܐ ܠܨܘܡܐ ܕܠܐ ܡܬܥܝܐ ❖

29. Iam annos circiter triginta novem (1) in columna illa traduxerat, corpus suum atterens, et doloribus se ipse affligens. Lingua eius facta erat organum purum, quod (Dei) praeconia modulabatur ; nulla cessatio illi erat ab oratione perpetua, neque in ieiunando defecit. Belle rutilabat eius vultus et sole splendidior erat. Eius anima fulgebat et pulchritudo coruscabat. Suavis erat eius aspectus et dulcis sapientia. Manus eius ad Dominum eius expansae erant ; pro mundo misericordiam precabatur, et homines ad paenitentiam advocabat. Verba eius multo dulciora erant quam mel. Aspectum suum in caelum defixum (tenebat) a Deo mercedem exspectans. Mens autem eius Christi amore inebriabatur, et similis (fluvio) Gehon, qui terras aridas irrigat, omnibus opitulabatur quotquot ad eum veniebant.

Post annos triginta novem,

meritorum suorum

Gen. 2, 13.

B ܗܘܐ ܡܫܬܒܚ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ ¹ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ ¹ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ ¹ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ ¹ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ ¹ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ ¹ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ ¹ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝܐ ❖

30. Cum autem increvisset numerus eorum qui ad eum conveniebant, animo angi coeptus est, et re secum cogitata, dixit discipulis qui ad eum se applicaverant : « Filii, non parum vereor ne vana gloriatione nos pelliciat Satanas et a mercede nos excludat, adeoque causam gaudendi praebeamus diabolo, si quando vanae gloriationi nos habeat obnoxios. Sed volo equidem ut ex hac columna me demittatis. In aliam terram migrabimus, ubi nemo sit qui nos noverit, et ab hominum aspectibus liberati conquiescemus. Illic nobismet ipsis vacabimus et aetatem finiemus ubi voluerit Domini nostri misericordia. » Itaque voluntati eius obsecuti ex eius columna eum deposuerunt (2). Quod cum audivissent illi monachi, ad sanctum adiverunt ut ab eo benedicerentur, et eum flagitarunt ut secum habitaret. Noluit ille, sed convocatos eos rogavit ut pro se precarentur. Et aperiens os suum benedixit iis et inde migravit in terram longinquam et accessu difficilem.

celebritatem veritus,

Psalm. 40, 12.

F

e columna descendit,

C ܗܘܐ ܡܫܬܒܚ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ ¹ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝܐ ❖

29. — ¹ *prius :* ܡ ; ܡܬܩܛ *add. man. prim.* (?). — 30. ¹ ܡܬܩܛ.

(1) Itaque duos annos amplius quam Symeon senior. DELEHAYE, op. c., p. CXLIV. — (2) Cf. *Vita S. Symeonis* iunioris a. NICEPHORO, § 69. *Acta SS.*, Maii t. V, p. 333.

Vita

ܘܐܙܠ ܡܬܬܠܝܢܐ ܡܢ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܒܝܬ ܣܗܕܐ ܕܐܬܝܠܝܢ ܠܗ ܡܢ ܟܠ

A ܘܐܬܝܕܥܬ ܫܡܥܗ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܘܥܠ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܡܡܐ ܗܘܘ ܡܬܟܢܫܝܢ ܠܗ ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܠܗ ܟܠ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܚܠܝܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܫܡܫܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܚܠܝܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܫܡܫܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܚܠܝܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܫܡܫܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܚܠܝܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܫܡܫܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܚܠܝܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܫܡܫܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܚܠܝܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܫܡܫܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܚܠܝܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܫܡܫܐ ❖

VITA

Eius fama denuo erumpit.

34. Porro sancti fama spargi coepta est in regionem illam ; et ad eum ventitare coeperunt homines ex omnibus locis et urbibus. Gesta eius inter homines celebrari coepta sunt ; cupidoque eos cepit eius visendi, adeo ut ipsi homines qui nullo morbo vel infirmitate affecti erant ad eum venirent, ut miracula cernerent quae per eum Deus operabatur (1).

Sancti virtute sanatur haemorrhoissa,

35. Accessit ad eum mulier ab immundo spiritu obsessa, quae gravem sanguinis fluxum patiebatur (2). Quae ut ad locum supervenit ubi sanctus erat, manus complodere coepit. Ipse autem sanctus ad eam accedens illi dixit : « Apage te, immunde spiritus : in nomine domini nostri Iesu Christi, tibi praecipio ut ex ista (muliere) exeas neque iterum eam invadas. » Et accedens, eius faciem ter cruce signavit ; et continuo diabolus qui in illa insederat ex ea exivit magna voce clamitans et dicens : « Vae mihi et universo generi nostro tua causa, domne Martyriane. » Mulier autem per duas horas remansit quasi mortua. Deinde surrexit mente sana et sobria, et cum faciem velasset, Deum praedicabat. Et abiit gaudens, integra valetudine.

homo capite laborans,

36. Advenit ad illum homo quidam e regione longinqua, itinere circiter trium mensium, qui inde a multis annis diro capitis morbo affectus erat, et vehementia doloris adeo premebatur, ut ad parietem annixus ei nonnumquam se allideret (3). Is, cum ad locum accessisset ubi sanctus erat, ad eum ingressus est, et ante eius pedes provolutus ei morbum suum enarravit, et a quotis annis hos cruciatus perferret. Ille aquam sibi iussit afferri, quam benedixit, et (homini) dixit : « Hac lini totum corpus tuum, et ex ea funde etiam in caput tuum. » Ipso autem temporis puncto quo haec aqua illum tetigit, aufugit ab eo morbus, quem non amplius sensit (4). Et persanatus laudabat Deum, et converso itinere domum suam rediit.

iudaeus membris captus,

37. Rursus ad eum advenit homo quidam membris captus inde ab annis duodecim ; qui nisi ab alio homine moveretur, corpus suum convertere non poterat (5). Hunc igitur coram sancto proiecerunt dicentes : « Miserere nostri, sanc-

35. — [1] ܐܝܟ. — [2] *bis script.* — [3] ܡܬܝܐ.

37. — [1] ܡܬܝܬܝܢ.

(1) Sequentia omittit P, usque ad § 39. — (2) Cf. *Matth.* 9, 20, et *Vita S. Symeonis* senioris, § 63, Bedjan, p. 551. — (3) Cf. *Vita S. Symeonis*, § 66, Bedjan, p. 555-56. — (4) Proprie : *vidit.* — (5) Cf. *Vita S. Symeonis* senioris, § 67 (de filio reguli Persarum), Bedjan, p. 556-57.

Vita

ܡܢ ܐܝܟܐ : ܐܝܬܝܗ ܥܡܗ ܕܡܪܝܐ : ܡܪܝ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܢܬܒܪܟ ܠܟ ܕܢܬܠ ܠܢ ܐܝܟܐ ܕܢܫܪܐ ܠܢ ܡܪܝ ܕܥܠܡܐ
ܕܐܬܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܬܩܪܐ ܥܪܓܠ : ܐܡܪܘ ܠܗ
ܡܢܘ ܗܘܝܬ ܡܢ ܐܝܟ ܕܡܫܝܚܝܐ[2] : ܐܡܪܘ ܠܗ ܡܢ ܐܝܟ ܕܡܫܝܚ
ܐܢܬ ܡܫܝܚ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܟܘܬܟ ܡܢ ܥܒܕ
ܠܒܪܢܫܐ ܕܢܦܠ ܡܢ ܡܫܝܚܘܬܢ : ܡܢ ܗܢܐ ܡܫܬܒܩ ܢܦܫܐ
ܕܢܬܒܪܟ ܠܗ ܡܢ ܡܫܝܚܘܬܢ : ܐܡܪܘ ܠܗ ܕܡܫܝܚܝܢ ܗܘܝܢ :
ܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܗܢܐ ܕܢܬܒܪܟ ܢܦܫܐ ܗܕܐ ܕܐܒܕܬ ܗܘ ܕܢܬܐ
ܠܬܪܥܐ ܕܢܬܩܢ ܡܢ ܡܫܝܚܘܬܢ : ܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܗܢܐ ܕܢܬܒܪܟ
ܢܦܫܐ ܗܕܐ ܕܐܒܕܬ ܗܘ ܕܢܬܐ ܠܬܪܥܐ ܕܢܬܩܢ ܡܢ ܡܫܝܚܘܬܢ.

A ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܐܡܪ ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܢܬܚܙܘܢ ܠܘܬ ܦܢܝܟܘܢ ܐܦܠܐ ܕܢܬܚܙܘܢ ܠܘܬ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬ ܡܪܝܡ ܕܐܝܟ ܕܢܬܚܙܘܢ ܠܘܬ ܡܪܝ

Vita

parem cum illis mercedem retribuat. D

40. Sanctus autem ex quo se Deo consecraverat nullam sibi cessationem indulsit ; neque in ieiunando defecit neque precationem intermisit. Singulis (annis) per ieiunium quadragesimale aspectu hominum sibi solebat interdicere (1) et ne discipulos quidem suos umquam conveniebat ; sed, iis relictis, per montes vagabatur, et sicubi antrum quoddam aut specu aut cavernam reperiebat, illic incolebat usque ad dominicam magnam Resurrectionis (2). Tunc ad illos redux eos adhortabatur ac fovebat, discipulosque suos in omnibus doctrinis vitalibus instituebat. E

Eius observantia quadragesimalis.

41. Interea, dum hanc viam ducit, et in praeclaris illis observantiis vitam ducit, prodiit adversus ecclesiam Dei insectator (3). Et ubicumque reperiebatur christianus, is aut repudiata fide sua, persequentium (4) sacra se colere profitebatur et eorum superstitioni ac religioni assentiebat, aut multiplici cruciatuum genere et varietate necabatur, adeo ut in terra non superesset unus ex mille christianis, et humano sanguine magis quam aqua terra maderet. Moriebantur homines ex omni aetatis varietate ; neque lactentibus infantulis parcebatur, qui in gremio matris a morte tuti non erant, cum parentes eorum fidem prodere renuerent quam profitebantur. Hominibus quam plurimis contigit martyrium ; et complures martyres Deo martyrium ediderunt illa tempestate. Dum haec in regione peraguntur, die quodam cum persecutor diis suis supplicationem et sacrificium ageret, perlata est ad eum fama huius sancti, his verbis : « Est in hoc monte homo quidam fortissimus unus et fide perquam illustris, cui discipulorum adest manus non parva. Is Christi praeco est et crucis fidem profitetur. » Impius ille, cum de domno F

A tyranno

[5] ܕܝܢܐ. — [6] ܡܬܚܠܝܢ.

41. — [1] ܕܗܘ ܒܗ ܕܚܝܠܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܫܬܡܥܢܐ ...

P. — [2] ܚܝܠܐ. — [3] ܡܪܕܘܬܐ.

(1) Cf. *Vita S. Symeonis*, § 59, Bedjan, p. 59-60. — (2) Cf. *Vita Barsaumae*, § 15, Nau, *Revue de l'Orient chrétien*, t. XVIII, p. 380. — (3) *Hoc ipso tempore instigavit Satanas regem paganum nomine Domitianum, qui persecutionem commovit adversus christianos* P ; cf. infra, §§ 57, 59. — (4) Verbum e verbo : *persequentis*, ubi numerus cum sequentibus non congruit.

ܐܠܗܝܢ

Martyriano inaudiisset, dentibus frenduit, et quasi leo irrugiit. Locum rescivit ubi (sanctus) habitabat, et ad eum cursores misit ; quibus graviter praecepit et commendavit ut seipsum ei ne indicarent quidem. Illi extemplo profecti magnis itineribus pervenerunt ad locum ubi sanctus erat. Ut autem ad huius sedes pervenerunt, deliberarunt quomodo eum interficerent. Interea sanctus genibus flexis coram Domino precationem faciens et in se et in mundum Dei misericordiam invocabat. Iam illi ingruebant ut ad eum accederent, cum insigni terribilique portento videre sibi visi sunt hominem, qui totus igneus erat et radios igneos in omnes partes diffundebat, et (alios) viros bellatores fortissimos qui illum confirmabant, et porrecta illi manu, animos ei addebant dicentes : « Fortis esto in agone tuo et magno animo consurge ad certamen tuum ; nec te pigeat adversarii tui. Ecce enim confirmator servatorque tuus tibi adest ; regem vero illum cum proceribus eius et dominatores huius mundi ne timueris. » Et audire sibi visi sunt (1) vocem magnam et validam, dicentem : « Fortis esto, domne Martyriane ; fortis esto et noli timere.» Illi autem hoc visum prodigiumque conspicati, in faciem proni corruerunt, et in hanc partem ubi erat sanctus respicere non poterant ; et per horam circiter unam humi strati fuerunt vultus eorum. Tunc quasi a somno expergefacti, ne verbum quidem ad (sanctum) proferre potuerunt (2). Et converso itinere ad persecutorem abierunt, cui rettulerunt omnia quae contigerant. Is ingenti pavore correptus tremere coepit et trepidare, auditis iis quae evenerant. Itaque ab incepto desistens, (sanctum) neglexit neque amplius ad eum animum convertit. Ipse autem martyr a Deo confirmatus summa cum fortitudine in agone constitit, neque ullo timore vel angore affectus est ; sed renidebat vultus eius, laetabatur mens et exsultabat spiritus eius. Et Deum laudabat his verbis : « Audi, Domine, preces servi tui, quamquam peccator sum, quia in te speravit animus meus, et ne avertas faciem tuam a me. »

VITA

in eum missi satellites

E

miraculo arcentur.

F

Psalm. 56, 2 ; 26, 9.

(1) Textus : *et audivit (sanctus) quasi.* — (2) Addit P : *accessit ad eos sanctus, eos erexit et interrogavit : « Quid vultis ? » Dixerunt ei : « Te salutatum venimus. » Quibus cum benedixisset, eos dimisit. (Illi autem abierunt et...).*

Vita

ܗܘܝܠܝ ܡܬܝܠ ܕܢܦܩܘܢ ܡܢ ܒܝܬ ܨܗܕܐ ܕܐܬܪܐ ܕܢܣܓܕ ܠܐܠܗܐ ܕܒܝܬ ܐܠܗܐ ܕܢܫܬܘܕܥ ܥܡ ܡܪܝ ܡܪܝ ܕܢܫܬܘܕܥ ܥܡ

VITA

A ܐܡܪܘ ܠܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܡܪܝ ܠܡܢܐ ܠܐ ܡܛܥܡ ܡܕܡ ܐܦܠܐ ܒܨܘܡܐ ܕܝܘܡ ܬܪܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܘܐܦܠܐ ܒܫܝܢܬܐ ܕܠܝܠܐ ܠܐ ܡܦܣܩ ܡܢ ܨܘܡܐ ܘܨܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܦܣܩ ܐܦܠܐ ܒܫܝܢܬܐ ܕܠܝܠܐ ܠܐ ܡܬ

Vita

ܘܢܦܠ ܒܗ ܢܘܪܐ ܠܬܪܝܗܘܢ ܘܐܝܩܕ ܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܕܡܬܩܛܠܝܢ ܒܗ ܥܠ ܬܠܬܝܢ ܘܚܕ ܡܢ ܫܘܪܝܗܘܢ ܘܡܢ ܗܢܘܢ ܕܐܬܦܠܛܘ ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܬܐܒܕܘ ܠܚܘܠܐ ܘܠܥܦܪܐ ܐܬܪܡܝܘ ܘܐܦ ܠܥܢܢܐ ܕܫܡܝܐ ܐܬܚܙܝܘ ܠܗ ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܟ ܗܢܐ ܢܦܫܐ ܡܣܟܢܬܐ ܕܢܬܠ ܐܠܗܐ ܠܗ ܫܘܬܐ ܘܫܪܝܪܘܬܐ ܕܢܫܬܒܩ ܠܗ ܡܢ ܥܩܬܐ ܕܫܝܛܢܐ ܕܡܬܩܛܠ ܗܟܢܐ ܠܗ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܩܘܡܘ ܕܢܨܠܝ ܠܐܠܗܐ ܕܡܪܝܢ ܕܢܥܒܕ ܠܗ ܗܢܐ ܕܢܥܘܪ ܠܗ ܘܩܡ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝ ܘܥܒܕܘ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝ ܥܠ ܗܢܐ ܢܦܫܐ ܡܣܟܢܬܐ ܘܐܬܝ ܠܗ ... | ܘܩܡ ܠܡܨܠܝ ܠܡܪܝ ܠܐ ܡܢ ܗܢܐ ܕܢܥܒܕ ܠܗ ... ܘܐܡܪ ܠܗ ܩܘܡ ܡܪܝ ܠܡܪܝ ܕܢܬܪ ܠܟ

A ܘܐܬܝܠܗ ܠܒܝܬ ܠܚܡ : ܘܡܛܠ ܟܠܗ ܐܬܪܐ ܕܐܬܪ ܪܓܠܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ : ܘܐܬܝܠ ܠܒܝܬ ܠܚܡ ܘܩܒܪܐ ܕܝܠܗ : ܘܡܛܠ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܡܨܠܐ ܘܡܨܠ

Vita

D ܐܬܘܢܝܬܐ ܕܝܢ ܕܐܬܝܢ ܠܟܦܐ ܕܢܦܠܬ ܒܗ ܦܬܚܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܠܬܪܥܐ ܕܢܦܠ ܠܘܬ
ܡܪܝܐ ❖

ad speluncam pervenit

48. Ut autem ad rupem illi pervenerunt, speluncam in ea conspexerunt cuius ostium patebat (1). Ascendit (sanctus) et constitit ad illius ianuam, quae similis erat fragmento lapidis magni. Hanc igitur lapide pulsavit, sed nullum ei responsum redditum est. Iterum inclamavit ; neque ullus fuit qui ei responderet. Tertium igitur verba fecit domnus Martyrianus, et dixit : « Si homo Dei es tu, qui intus es, adiuro te per Christi passionem, ut mihi ostendas vultum tuum. » Tunc ei respondens ille exiit ut ei aperiret. Et mutuo se intuiti sunt ille quidem ex interiore (spelunca), iste forinsecus. Domnus autem Martyrianus, ut illum vidit, coram eo se prostravit. Et ad eum ingressus est (2), atque inter se sibi benedixerunt.

E Salute in vicem data, domnus Martyrianus speluncam circumspexit, aliquid in ea oculis requirens ; neque ibi quidpiam vidit, praeter corii laciniam ; quod admiratione eum affecit non mediocri. Et perspexit eum senem decorum, qui nullum aliud vestimentum gerebat, praeter crines comae suae, barbam et villos quibus corpus eius contegebatur. Qui sanctus exorsus est in haec verba : « Pater, quis te huc adduxit ? Et unde nosti me hic esse ? » Dixit ei domnus Martyrianus : « Hierosolymis advenimus, et divina gratia nos ad te perduxit, ut orationum tuarum participes essemus. » Dixit ei sanctus : « Immo etiam tuum ipsius vivendi genus mihi sublime videtur et opera tua excelsa : tu quippe, sanctus Domini es. Ad hominem peccatorem, qualis ego sum, quomodo te perduxit Christus ? Pater, num revera stant Hierosolyma ? » Dixit ei domnus Martyrianus : « Profecto, domine. » Dixit ei : « Statne et mundus ? » Dixit ei : « Utique, domine. » Dixit ei sanctus : « Stantne ecclesiae et altaria ? » Dixit ei : « Utique, domine. » Dixit ei sanctus : « Suntne hodie fideles in mundo ? » Dixit ei : « Utique, domine. » Dixit ei domnus Martyrianus : « Pater, quorsum de rebus eius modi interrogas, cum sis sanctus Dei ? A quanto iam tempore mundum reliquisti ? » Ille autem sanctus illacrimans dixit : « Vae mihi, quandoquidem homines me sanctum Dei appellant, qui peccator sum. » Rursus eum interrogavit domnus Martyrianus : « Quantum tibi tempus est ex quo mundum valere iussisti ? » Respondit sanctus et dixit : « Ecce iam a septuaginta octo annis vultum humanum non aspexi. »

sancti anachoretae,

qui post brevem sermonem,

F

48. — [1] ܐܡܝܢ. — [2] ܐܬܘ.

(1) Cum sequenti narratiuncula (§ 48-49) praeter notissimam Vitam Pauli Thebaei a. Hieronymo (*BHL.* 6596 ; cf. *BHG.* 1466-1470, *BHO.* 909-915), conferri possunt Vita S. Onuphrii *BHG.* 1378-1381, *BHO.* 818-822, et S. Marci Atheniensis *BHG.* 1039-1041, sive Marci Tarmakani *BHO.* 605-606. Simile quoddam figmentum legitur etiam in Vita S. Abraham Kaškarensis, ed. F. Nau, *Revue de l'Orient chrétien*, sér. 3, t. I (1918-1919), p. 161-66. Profecto mirificae illae inventiones abditorum hominum trita cantilena sunt in itineribus veris aut fictis peregrinatorum orientalium. P totam narrationem stilo breviori retractavit. — (2) Textus : *ingressi sunt.*

ܡܪܝܐ

VITA

Et illacrimans sanctus dixit domno Martyriano : « Mecum precare Dominum ut animum servi tui excipiat in pace. » Et consurgentes precari coeperunt ambo genuaque flexerunt.

49. Porro domnus Martyrianus ex humo (in pedes) se erexit. Sanctum vidit flexis genibus diu morantem. Itaque ad eum accedens ei dixit : « Pater, surge inde. » Sed in eo nullus iam erat spiritus neque vitae animula. Iterum, interposita mora, eum vocavit neque responsum ab eo tulit. Tunc intellexit domnus Martyrianus illum revera sopore mortis obdormivisse, et advocavit comites suos ; qui advenientes illum apprehenderunt et mortui faciem composuerunt. Beatus eum consideravit lacrimans eumque osculatus peramanter complexus est, et dixit : « Dominus qui nos vocavit ad sepeliendum te, idem nos tui consortes faciet in die qua mercedem tibi retribuet. » Porro ferreum illis nullum (instrumentum) erat, quo tumulum ei foderent. Itaque surgentes reverenter eum sepelierunt. Domnus Martyrianus detracto sibi pallio quod gerebat, sancti corpus involvit ; quod elatum deposuerunt in spelunca et huius ostium lapide illo clauserunt. Remanserunt porro ibi tribus diebus ; elapsoque triduo, accesserunt ad ostium speluncae ; benedictionem ab eo perceperunt, et illinc descenderunt Dei laudem praedicantes.

in oratione animum efflat,

et a Martyriano componitur.

50. Inde digressi ad vastitatem Scete abierunt (1) ; ubi (sanctus) annos septem egit, conversans cum solitariis qui eam incolebant (2), et eorum aemulans labores, studebatque ut eorum vitae excellentiam surriperet. Fecit igitur illic sibi cellam quae perangusta erat ; et in ore sibi posuit levem lapillum, ut ne (3) loqueretur cum homine ; precatione autem sua tacite in animo fungebatur, quandoquidem convertendae linguae in ore suo facultatem sibi prorsus ademerat. Hoc igitur lapide linguam in ore suo obstrictam servavit per dies quingentos septuaginta quinque ; cum interea neque omnino cum ullo hominum

Anachoretis Scetensibus

silentii

49. — [1] ܐܝܟܐ. — [2] ܐܘܟܢ.

50. — [1] *Lege :* ܐܝܟ. — [2] *addit. man. recent.*

(1) Hic videtur hagiographus prae oculis habuisse Vitam S. Eugenii, *BHO.* 120-121, vel aliquam e tot fabulis in quas errabundi monachi inducuntur. — (2) P reliqua omittit. — (3) Text. : *quasi non.*

Vita

ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫܐ ܕܗܘܝܢ ܒܗ ܥܒܕܐ ܕܫܪܝܪܐ ܗܘ ܕܢܬܚܙܐ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ ܕܗܘ ܒܗ ܥܒܕ

A ܘܠܐ .ܐܡܪܘܗܝ ܐܢܬܘܢ ܐܢܫܐ ܐܝܟܢܐ ܗܘܐ .ܡܪܝ
ܠܐ : ܡܬܩܪܒܝܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ ܕܡܪܝܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܢܣܒ
ܐܢܬܘܢ ܡܕܡ ܐܝܟ ܕܠܐ .ܟܕ ܡܫܬܠܝܢ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ
ܡܢ ܡܪܝ ܡܪܝܡ ܐܝܟܘ .ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܬܠܝ ܠܢ
ܡܕܡ ܕܢܣܒ ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ .ܐܦܠ ܕܢܣܒ ܐܢܬ ܗܘܝܬ
ܡܫܬܠܝ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ .ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ
ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܬܠܝ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ : ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ
ܡܕܡ ܕܢܣܒ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܬܠܝ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ
ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ .ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܬܠܝ ܠܢ
ܡܕܡ ܕܢܣܒ : ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ .ܐܢܬ ܗܘܝܬ
ܡܫܬܠܝ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ : ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ
ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܬܠܝ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ .ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ
ܡܕܡ ܕܢܣܒ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܬܠܝ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ
ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ .ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܬܠܝ ܠܢ
ܡܕܡ ܕܢܣܒ : ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ .ܐܢܬ ܗܘܝܬ
ܡܫܬܠܝ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ .ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ
ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܬܠܝ ܠܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ : ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܠܢ
ܡܕܡ ܕܢܣܒ .

Vita

D ܒܫܢܬܐ ܗܝ ܕܟܠܗ ܐܬܪܐ ܗܢܘܢ ܕܣܓܝܐܝܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܪܝܐ ܕܥܠܡܐ ܗܘ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܠܘܬ ܡܪܝܐ ❖

54. Alio tempore in tota regione illa tanta fuit pluviarum angustia ut omnia propemodum interitura essent(1). Adierunt igitur ad illum incolae regionis et petierunt ut pro se supplicationem ad Deum haberet eumque pro regione ac huius incolis deprecaretur ; qui prope ad desperationem redacti erant. Respondit et dixit iis : « Si animo sincero Deo paenitentiam offerre vultis (2), ipse equidem sponsor et patronus ero paenitentiae vestrae, et curabo ut preces vestrae exaudiantur. » Dixerunt illi : « Etiam, Domine ; ad hoc parati sumus. » Dixit iis : « Ite ; iciunium Deo vovete ; vigilias agite et sacrificia offeerte. » Abierunt illi, et quae ab eo iussi erant perfecerunt. Dominus autem in terram misericordiam suam effudit. Confluxerunt nubes ex omnibus partibus. Saturata est terra et colles, palmae et pecora quoque regionis. Laetificata terra fructus dedit tricenos pro uno ; atque gavisi et laetati sunt omnes incolae orbis terrarum. Ederunt universi pauperes et satiati sunt ; habitarunt in summa pace et Deo laudes egerunt.

In calamitosa siccitate,

pluviam fundit.

Psalm. 21, 27.

B ܗܘܐ ܒܙܒܢܐ ܚܕܐ ܐܬܐ ܠܟܠ ܐܪܥܐ ܗܝ ܕܐܬܝܐ ܣܓܝܐ ܕܡܝܐ ܕܠܥܠܡ ܠܡܢܝ ܕܢܬܒܥܘ ܠܗ ܠܡܪܝܐ ܕܢܥܒܕ ܠܗ ܨܠܘܬܐ ܠܥܠܡ ܘܠܥܠ ܐܪܥܗ ܕܗܢܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܕܩܪܒܘ ܠܡܘܬ ܗܘ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܝܬ ܠܝ ܡܪܝ ܐܢܐ ܐܙܠ ܠܘܬ

A ܡܢ ܡܢܝܢܘ ܡܬܩܪܒ ܠܝ ܐܢܐ ܠܡܐܡܪ ܠܟ ܕܐܬܐ ܠܝ ܠܘܬ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܠܝ ܠܐ ܡܬܩܪܒ
ܠܘܬ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܠܝ ܠܐ ܡܬܩܪܒ ܠܘܬ ܐܢܬ ܗܘܝܬ ܠܝ ܠܐ ܡܬܩܪܒ

Vita

D ܐܝܟܢܐ ܕܥܒܕܘ ܠܬܠܡܝܕܐ ܩܠܗ : ܐܝܬܝܗ ܠܝܢ ܡܪܝ ܕܐܠܗ ܥܡܢ ܕܐܙܠ ܥܡܢ ܕܢܫܬܘܕܥ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܥܠܡܐ ❖

58. Omnes autem flere et eiulare et lamentari coeperunt, sicut columbae innocentes. Animalia quoque plurima, quae prope illos erant aut in eorum vicinia habitabant, leones, ursi, cervi, pardi et alia alius generis, quae cum sancto habitabant (1) et ab eo numquam discedebant, ululare coeperunt, ita ut rupes diffiderentur stridore vociferationum eorum. Discipuli autem (sancti) domnum Romanum compellarunt his verbis : « Eum sequaris oportet, pater, ut resciscas quid cum eo acturi sint. » Is igitur eorum voluntati obsecutus est (2). Discipuli autem illius flentes (aiebant) : « Magister, magister, quo proficisceris ? et ubinam te reperiemus ? O pater omnium nostrum, qui nos perditos collegisti. O baculum senectutis nostrae (et) adminiculum infirmitatis nostrae. » Dum autem illi dolore uruntur, et ex querelarum eorum maerore ipsa animalia quae illos comitabantur, ploratum edunt, terra et colles per quos (sanctus) gradiebatur luctu contecti erant. Dicebant alter ad alterum « Quid acturi sumus ? Ad quem confugiemus, et quis nos colliget ? Utinam cum illo nos ad necem raperent ; nam, eo sublato, vita nihili nobis est. Quo abituri sumus et ubi victuri ? » Et multa dictitabant maerorem atque aegritudinem significantia.

lugentibus discipulis,

E ܕܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܥܠܡܐ ܠܐ ܡܬܚܙܝ ܠܗ. ܠܡܢ ܢܐܙܠ ܠܗ : ܐܠܐ ܠܘ ܢܐܙܠ ܠܗ. ܠܡܢ ܢܐܙܠ ܠܗ : ܐܠܐ ܠܘ ܢܐܙܠ ܠܗ. ܠܡܢ ܢܐܙܠ ܠܗ : ܐܠܐ ܠܘ ܢܐܙܠ ܠܗ. ܠܡܢ ܢܐܙܠ ܠܗ : ܐܠܐ ܠܘ ܢܐܙܠ ܠܗ. ܠܡܢ ܢܐܙܠ ܠܗ : ܐܠܐ ܠܘ ܢܐܙܠ ܠܗ. ܠܡܢ ܢܐܙܠ ܠܗ : ܐܠܐ ܠܘ ܢܐܙܠ ܠܗ. ❖

59. Ut igitur sanctus ad Domitianum (3) regem pervenit, coram eo productus fuit. Rex autem illum compellans dixit : «Unde es tu ?» Sanctus seipsum cruce signavit, et dixit ei : « Peregrinus equidem sum. » Dixit illi : « Unde ? » Respondit domnus Martyrianus et animose occurrit : « Ex illa terra e qua fictum est genus humanum (4).» Dixit illi : « Et quod est nomen tuum ? » Dixit illi : « Martyr et Christi servus. » Ille autem dixit ei : « Cuius te profiteris et quae confessio tua ? » Domnus autem Martyrianus ei respondit : « Christianus sum ; Christum confiteor et in eius passione plurimum gaudeo. » Dixit ei Domitianus : « Surge, hostias offer diis ; Nazarenum istum eiura, atque curabo ut in regno nullus sit honoratior aut maior quam tu. » Dixit ei domnus Martyrianus : « Pudore afficiatur impius et universa secta eius. Ego vero quam Deo fidem professus sum, non deseram. » Iudex autem di-

Iudicis percontationes,

F ܕܐܠܗ ܕܐܡܪ ܠܗ : ܐܢܐ ܡܣܬܪ ܠܗ. ܐܢܐ ܡܣܬܪ ܠܗ : ܐܢܐ ܡܣܬܪ ܠܗ. ❖

58. — [1] ܡܬܚܙܝ. — [2] *fortasse legendum :* ܡܢܐ ܠܗ.

59. — [1] ܐܡܬܐ. — [2] (ܘܡܢ - ܚܬܡܗ) ܐܝ ܐܝ P.

(1) Cf. Passionem S. Mamantis, syriace, *BHO.* 589, Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum*, t. VI, p. 446-47. Ferarum lamentationem istam omittit P. — (2) Reliqua desunt in P. — (3) Cf. supra, § 41, p. 436, annot. 3, et Comm. praev. num. 3, p. 433. — (4) Supra, § 6, p. 436. P : *e terra matre communi.*

A ܐܡܪ ܠܗ ܕܐܢ ܠܐ ܬܩܪܒ ܘܬܩܪܒ ܐܠܗܝܟ ܠܐ ܢܬܩܢ ܠܟ ܗܫܐ ܟܠ ܕܚܙܝܢ ܠܟ ܢܬܬܡܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܕܥܬ ܠܟ ܐܬܬ ܠܝ ܡܪܝ ܐܠܗ ܕܐܝܟ ܕܩܛܠܝܢ ܠܦܓܪܐ ܘܠܢܦܫܐ ܠܐ ܡܨܠܝܢ ܠܡܩܛܠ ܐܡܪ ܠܗ

Vita

ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܝܢܐ ܡܪܬܘܪܝܐ ܩܘܡ ܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܠܐܠܗܝܢ ܟܠܗܘܢ ܕܡܫܬܡܥ ܠܟ ܗܐ ܕܢܥܒܕ ܠܟ ܡܕܡ ܕܫܪܪ ܠܟ ܕܢܬܪ ܡܢ ܟܠ ܥܩܪ ܕܢܬܪ ܠܟ

A ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܐܢܬ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܟ ܡܠܟܘܬܐ ܕܟܠ ܐܪܥܐ ܘܐܦܪܩ ܠܝ ܡܢ ܢܘܪܐ ܕܐܢܐ ܡܬܩܛܠ ܠܟ ܗܐ ܢܦܫܝ ܒܫܠܡܐ ܘܐܢ ܠ

VITA

ܘܥܒܕܘ ܠܟܠܗ ܫܘܒܚܐ ܕܢܦܠ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܟܠܝܠܐ ܕܢܦܠ ܥܠ ܪܫܗ ܕܢܣܝܡ ܠܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܟܠ ܕܚܙܘ ܫܒܚܘ ܠܐܠܗܐ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܕܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ...

66. Domnus autem Romanus (1) et coetus qui cum eo congregati erant, cum delatam e caelo coronam et in illius caput impositam vidissent, Deum laudarunt, qui victoriam coronamque illi dederat. Huius corpus elatum composuerunt cum summa reverentia. Et ecce nunc praesidium fert iis omnibus qui ad id confugiunt cum sincera fide. Coronatio eius contigit die decimo (mensis) tesrin posterioris (2) ; multaque perpessus ex hoc mundo migravit coronam ferens victoriarum suarum, ad splendidam caeli mansionem. Oratu domni Martyriani misericordia terram complectatur et eos qui frequentes convenerunt ad honorandam diem illius commemorationis. Dignos habeat eos Dominus, qui molestiarum suarum remedia obtineant ; eorum ulcera Deus sanet, corpora confirmet, sedibus eorum annonam impertiat, atque benedictiones copiosas | ...

Martyriani triumphus

et gloria postuma.

B E

66. — [1] ܡܫ. — [2] *Dehinc* P : ܘܥܒܕܘ ܠܟܠ ܫܘܒܚܐ ܕܢܦܠ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܟܠ ܕܚܙܘ ܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ܘܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܝܗܒ ܠܗ ܢܨܚܐ ... — [3] *reliqua desiderantur.*

(1) Reliqua paucioribus verbis eadem in P. — (2) P sic perorat : *Memoria eius in benedictione, atque eius oratio munimentum sit et verba facienti et scribenti et legenti et auscultanti. Amen et amen. Absoluta est historia triumphorum invicti domni Martyriani.*

DE S. DANIELE

MONACHO IN PERSIDE

TEMPORE INCERTO

P. P.

C

COMMENTARIUS PRAEVIUS

F

Ignoti huius Danielis

1. *Si minus corrupta esset historia quae ad hunc diem in synaxario habessinico exscripta est, forsitan sciremus quis fuerit et quando vixerit, aut vixisse putatus sit iste Daniel, qui Persarum regem ab insanabili morbo curaverit, eumque ad christianam fidem converterit. Sed in evanida narratiuncula, cuius omnes notae propriae penitus obliteratae fuerunt, ne coniectura quidem sine temeritate potest astrui. Non pauci thaumaturgi nomine Daniel, in Syrorum praesertim litteris hagiographicis occurrunt, quos omnes singillatim recensere longius est quam utilius. Primus memoriae se ingerit Daniel Medicus, S. Eugenii discipulus, cuius exstat Vita syriaca inanibus commentis referta* (1). *Hic, si umquam exstitisse credendus est, floruit regnante Sapore II, in provincia Beth Nuhadra, ubi regulum pagi* Tell Ḫaš, *cum eius aula et populo baptizavit* (2). *Sed miracula quibus id pervicit nihil commune habent cum narratione de qua nunc quaeritur. In historia coenobii Qartamin, in Turabdini finibus, quod dimidiato circiter saeculo V conditum ferunt, inter primos monachos Danieles duo nominantur, quorum prior* in flumine Tigri ambulavit cum ad Corduenam proficisceretur (3), *alter vero, qui coenobii episcopus factus est, in Slibae martyrologio ad diem 9 decembris inscriptus est* (4). *Num alteruter ex duobus istis Vita aut encomio sit ornatus, quod habessinicus synaxarista excerpserit, interrogare prorsus otiosum est. Apud eundem Slibam, ad*

(1) *BHO.* 244. — (2) P. Bedjan, *Acta martyrum et sanctorum*, t. III (Parisiis, 1892), p. 499-502 ; cf. J. Labourt, *Le christianisme dans l'empire perse sous la dynastie Sassanide* (Paris, 1904), p. 306-307. — (3) F. Nau, *Notice historique sur le monastère de Qartamin*, in *Actes du XIVe Congrès des orientalistes*, t. II (Paris, 1906), p. 84. — (4) *Anal. Boll.*, t. XXVII, pp. 143, 170. Ferunt in eius consecratione episcopali vocem caelitus auditam esse quae ter inclamaret : *Dignus et idoneus est.* Nau, op. c., p. 85 ; *Anal. Boll.*, t. c., p. 170, annot. 1.

diem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN